


18

35



39 1206  
1630, 13

D. T. O. M. A.  
SYLLOGE  
**CONTROVER-**  
**SIARUM FEUDALIUM**  
**THEORICO-PRACTICARUM,**

*De*

Frequentissima, difficilima & utilissima feudi in  
hæreditarium, nec non ex pacto & providentia, distributio-  
ne, definitione, natura, formulæ, differentiis,  
effectibus & usu.

*Ad*

c. un. an Agnat. vel fil. post. retin. feud. &c. 2. F. 45.  
Const. Elect. Sax. 46. & 47. part. 2. ut & Churf. Sächs. Cora-  
ganisch Auschreiben de anno 1583. tit. Welcher gestalte die Agnaten  
ein Lehngut. ibid; FF. ac Doctorum tradita.

DECRETO ET AUCTORITATE

**NOBILISSIMI ORDINIS JCTORUM**  
*in celeberrima Salana,*

P RÆS I D E

Amplissimo & Clarissimo Jcto

**DN. ORTOLPHO FOMANNO**  
Sen. Antecessore publ. & Inclutæ Facultatis Jurid.  
Ordinario, Curiæ Provincialis & Scabinatus Assessore,

Præceptore, Promotore ac Hospite suo tam  
meritissimo quam ætatem

observandissimo.

Pro Summo Docture in utroq. Jure gradu ac privilegiis ad  
disputandum proposita

ab

**ANDREA JACOBI MISNICO &c.**

ad diem 14. Maii

In Phrontisterio Jctorum.

JENÆ TYPIS STEINMANIANIS ANNO M. DC. XXX.



Serenissimi ac Potentissimi Ensiferi Saxonici  
Consiliariis Inclytis, meritissimis ac dignissimis

VIRIS

Generosa Nobilitatis prosapia, ut & Magnificis,  
Strenuis, Amplissimis, Excellentissimis & Jctissimis,

D N. GEORGIO à Werthern / Domino in  
Benchlingen / Viehe & Frohndorff &c. S. R.  
Imp. Janitori hereditario, Consiliario Elect. Sax.  
intimo, & supremæ Curia Lipensis Präsidii  
eminentissimo &c.

D N. JOHANNI TIMÆO Sen. J Cto  
longè celeberrimo, Senatore Electorali  
intimo ac præcipuo &c.

D N. GABRIELI TÜNZELIO J Cto  
experientissimo, Consiliario Elect. aulico,  
Justitiæ & ViceCancellario &c.

D N. HEINRICO à Taubenheim in Bedra  
& Vendorff/ Ejusd, Serenitatis Consiliario  
idem aulico,

Mecanatibus, Evergetis, Patronis, Musagetis  
ac Promotoribus suis  
meritissimis, exoptatissimis, æternumq;  
obervandissimis

In sui suorumq; studiorum commendationem  
Progymnasma hoc suum inaugurale  
submisse, reverenter ac studioſissime offere,  
dedicat & conserat

AUTOR.

Dvg. Octo.

THESES I.

Citum est illud Dn. Boceri in Proscenium  
præfat. tr. de Regal. dictionum : tria ma. & sæc-  
ximè jura esse , quorum amplitudo inter cæ- Q.  
teram eminet ; jus regale, jurisdictionem & feu-  
dum. Regale jus, ut vel ipse vocis sonus arguit,  
non obscuri esse hominis &c. Jurisdictionem  
verò Regalibus proximam & jurisdictioni vicinum feudum.  
Sed de hoc impræsentiarum aliquid feligentes ad disputationis  
nostræ aleam, præmittimus recte Tob. Paumeister l. i. de  
jurist. Imp. c. 4. n. 30. aliosq; Jurisprudentiae feudalis cognitio-  
nem & usum ad Jus publicum pertinere, veluti haut exiguum  
ipius partem & hoc præsertim Martio seculo accuratius &  
evolvendam & pertractandam esse. In feudis enim robur  
& nervos Imperii consistere, adeoque decus & honorem ejus,  
faretur Imp. Lotharius in c. Imperiale pr. 2. F. 52. Tantò enim  
quis major, potentior & illustrior, quantò majoribus, poten-  
tioribus & illustrioribus præst. N. 15. in fin. pr. καὶ ἀτὰς Βελτίων  
ἡ δέκατη, ἡ τριτη Βελτίων δέκαπεντα, scribit Arist. l. Pol. 5. eleg.  
Andr. Knichen de Jur. ter. c. i. n. 1. & seqq. Persuaserunt enim sibi  
Impp. sapientissimi nullo arctiori quam benevolentia & be-  
neficci vinculo Principes ac Status adstringi posse, reservata si-  
bi & Imperio fidilitate de provinciis & hominibus, quibus il-  
los præponebant, ut urgentibus Imperii fatis obsequentiores  
& adversus hostes alacriores sibi redderent, eoque promptius  
& attentius militaturos, si etiam sua jura & rura simul potius,  
quam aliena defenderent, nec in pace quoque aliter quam  
pro sapientia ac luce dignitatis suæ judicaturos, arg. l. i. §. un. de  
Offic. Pref. Praetor. & cum alleg. Molinae, Joach. Steph. Cothmanno,  
Montano, Ayalo & Knichen, Th. Reinking. de regim. secul. l. i. cl. 4.  
6.16. num. 14. & seqq. quo Politico arcano Carolus Magnus &  
alii Impp. subsequentes sacrâ quasi anchorâ & veluti cate-  
nâ Homericâ ad ipsum Majestatis Imperatoriz thronum reli-  
gatâ, mirum in modum Imperium Romano-Germanicum.

A 2 ampli-

amplificarunt, solidarunt, & hactenus propagarunt. Herm.  
Kirchner. de Repub. D. 17. th. 3. & D. 8. th. u. Vult. de feud. l. 1. c. 1.  
n. 14. C. Befold. D. Pol. 9. class. 1. th. 4. & 5. Dissentire videtur ex  
parte Dn. Sig. Ginkelhaus. controv. feud. D. 1. th. 5. lit. A. n. 4. Fac.  
Knichen de Jur. terr. c. 1. n. 125. & pasim ibi: Paurmeist. d. l. 1. c. 4.  
n. 6. Heig. part. 1. q. 1. Monarchicum etiam de ipsa praeclarè asse-  
cuerunt, quando omnia penè feuda in Imperio Romano Ger-  
manico ab Imperiali splendore seu scaturigine promanarunt  
eoq; gurgite suo recurrent, quemadmodum adhuc Imperator  
res pro amplianda Imperii majestate publicas & fiscales in feu-  
dum ritè cesterisq; paribus, concedit, modò in detrimentum.  
Imperii & Status ejus laisionem non vergat vel Capitulatio-  
nem Augustam offendat, Aur. Bull. c. 7. s. sive. ubi Nobilis. JC.  
Pr. & Pr. noster Dn. Aru. discurs. 4. ad 1. B. pag. 199. & seqq. & vol. 3.  
disc. Acad. 1. p. 884. & notantet pag. 410. & seqg. Ampl. & Cl. JC. &  
Consil. Sax. sautor & hospes olim meritis. Dn. Fr. Hortleder vol.  
1. Abb. Bell. Germ. l. 3. c. 1. f. 612. lit. B. H. Rosenthal. defend. c. 5. concl. u.  
& u. Vult. d. 1. c. 5. n. 15. Schradet. de feud. part. 4. c. 1. n. 722. & seqq.  
& quos insuper nominat Gothofr. Anton. D. 2. feud. th. 4. lit. B. &  
D. 3. th. 3. lit. C. Helf. Ulr. Hunn. tr. feud. c. 7. p. 123. & seqq. Diff.  
Bocer. tr. de invest. feud. c. 3. n. 66. & seqg. Ginkelhaus D. feud. 3.  
th. 7. lit. A. qui tamen cum assensu Electorū fieri hoc posse lar-  
gitur, cum curam feudorum Imperii conservandorum gerat  
ex Cæsarea Capitulatione novissima. s. In alle wege aber. 29.  
quam refert Joh. Limna. tom. 1. Jur. publ. l. 1. c. 12.

Ad iż'us.  
gov que-  
fionem à  
īeti.

II. Pleraque; autem Principum ac Dynastiarum Germaniæ  
feuda, à quibus cetera inferiorum dependent ac regulantur, ex  
pacto & providentia esse, & in omnib. Germaniæ Curia com-  
muniter pacti & providentia feuda dari, ideoq; si de alia par-  
ticulari Curia consuetudine non appareat, feuda in Germania  
in dubio ex pacto & providentia præsumi. Doctores celebre-  
rimi & pragmatici gravissimi notarunt & observarunt, Kni-  
chen, Fr. Pfleil, J. Köppen, Zasius, Welenbeicus, Cothmannus,  
Mynsingerus, Rosenthal. & alii allegati & comprobati à ma-  
gno Cattorum Papinianeo Godofr. Anton. D. 1. feud. thes. fin.  
lit. K. P. M. Wehner. pract. obs. verb. Erben & C. Befold. thesaur.  
pract. verb. Scamlehn/Erblehn/ A. Gail. l. 2. obs. obs. 154. n. 1. 10. & 20.  
& Se-

& Sebast. Næv. p. ult. system. 2. F. 25. n. 55. ubi hoc etiam ad Jur. Sax. observationem in dubio porrigit cum Schrader & Zobelio per text. art. 9. in fin. Landrecht. lib. 1. & l. 2. art. 21. in verbis.  
Hette auch ein Mann einen Sohn der sein Lehnerke ist nach Lehnerke  
rechte vnd nicht sein Erbe nach Landrecht &c. & fac. decis. M. Col-  
ler 79. p. 1. quod tamen quatenus verum sit, infra lustrabimus.

Q.

III. Ut ut autem omnium punctis longe difficultima &  
intricatissima sit feudorum in hereditarium, nec non ex pa-  
cto & providentia distributio hujusque subdistinctio, natura,  
differentia, & usus, ceu Cretico Labyrintho videantur involu-  
luta, ubi Dædali opem desideres vel Delium natatorem, adeò  
ut nihil quod in illis ferè non controversum, & quo plures  
degant, tanto plus fluctibus exundantium opinionum  
mergi se nonnulli scribant, quia tamen & in Scholis & Cu-  
riis frequentissima, receptissima, & celeberrimorum  
Doctorum scriptis nobilitata, adeoque usus horum maxi-  
mus, perhibetur, Georgius Obrecht. D. 2. feud. cap. 2. Hartm.  
Pistor. part. 2. qq. 1. Vultej. 1. F. cap. 8. nn. 24. & seqq. C. à Kirch-  
berg discurs. de feud. ex pacto & hered. c. 1. & passim, non in utilib.  
*λογοπαχίαις* & vocabulorum saltem diversitate, ut aliquibus  
videtur, metiendam, sed quatenus in ipsis obtinet rerum ar-  
gumentis, ut ut controversa sit, *ἀς τόπω* (quæ nos quoq;  
pro temporis tamen concessi brevitate, paucis repetemus) ex-  
hibendam & exponendam putamus.

Q.

IV. Difficultates & dissensiones vero Doctorum in hoc  
themate partim ex *πολυτηρίοις* non observatis neque distin-  
ctis, partim ex non investigata generica ejus natura, veris de-  
finitionibus membrorū vel specierum, & neglecta *κύρσειᾳ*,  
potissimum autem ex non assecuta eorum, qui primi divisio-  
nem hanc introduxerunt mente, enatas credimus, quibus in  
contrarium adhibitis, faciliorem & perspicuum reddi nulli  
dubitamus. arg. eorum quæ scribunt Hart. Pistor. d. q. & filius,  
S. U. Pistor. in notis ibid. Vultej. & Kirchberg. dd. locc.

Q.

V. Lubenter etiam agnoscimus terminos hos & *ἐρεμε-*  
*τοθεῖαιν* non ex textibus juris nostri feudalismi, sed ex usu ejus &  
*νομολογίαις* FF. adh. c. nostrum un. an agnat. vel fil. & occasione

Q.

A 3 inter-



interpretationis ejus ac decisionis incidentium casuum, origi-  
nem duxisse secundum tamen rationem & ἀναλογίαν Juris  
tām Civ. quād' feudalis ad naturam horum feudorum accom-  
modatam. H. Pistor. cum filio d. loc. Cothmann. conf. 2. n. 233.  
& seqq. Diff. Kirchberg. d.c. i.n. 16. Autores perhibentur veteres  
Glossatores Pileus & Bulgarus, quos alii fecuti. A. de Isernia &  
M. Laudenf. ad h. c. un. Alvarott. Præpos. Matth. de Afflīct.  
in prelud. feud. & c. un. de eo, qui sibi & hered. 1. F. 17. Qui cū  
rem ipsam satis fundatam usūque fori necessariam deprehen-  
derent, appellationem autem congruam in Juris feud. textib.  
non invenirent libertate suā & auctoritate officii (quā Philoso-  
phum pro rerum necessitate & natura διομάτωποσεῖ debere  
Aristoteles monuit) ut alii Doctores in aliis, usi, aliud κατ'  
ἔξοχον ex pacto & providentiā aliud hæreditarium dixerunt.  
Afflīct. ind. c. un. n. 3. Kirchberg d.c. i.n. 27. 32. & seq. Quam  
duxorūiaν Magistralēs seu forensem rei ac juri feudali con-  
formem dicimus cum Th. Marino, Vultei, Rosenthal, Godofr.  
Antonio, A. Pinelo & alijs, contra Bart. Camerarium, Kni-  
chen aliosque. Ideoque in saeo ac sobrio sensu accipiendam,  
explicandam & retinendam dicimus, arg. 1.9. ibi : neg, verbo ca-  
ptare, sed quamente, quid diceretur anima, advertere D. ad exhib. & per  
l. 2. C. Cōm. de leg. at. cum H. Pistoris d.l. & S. U. Pistor. ibid. in not. Th.  
Marino t. 2. G. Antonio, Rosenthalio, Wagnero, Finkelhaus  
D. 2. th. 20. Joh. Koppen. obf. feudal. 2. Nobilis. Dn. Christiano à  
Loß & aliis adversus Joh. Consalv. Bocer. Fach. Kirchberg. Joh.  
Niell. Hunn. & Fr. Bosium in Ducat. Mantua art. 3. n. 45. quamvis  
hi quoq; secundum quid agnoscere eandem, & suam censu-  
ram iphi moderari videantur, Ex quibus tamen Vultei Niel-  
lius, Sezerus & alii distributionem hanc à forma deductam  
esse parūm logicē scribunt, rectè a M. A. & Cl. J. Cto Præc. &  
Prom. Dn. Joh. Suevio in prelect. feudal. ab adjuncta qualitate  
determinat & Bocerus ingeniosē à potestate & jure, quod vel  
Vasalli vel eorum successores in feudis hujusmodi habent, de-  
rivat, tr. de qual. & differ. feud. c.s. unde successio, revocatio &  
qua reliqua eorum sunt propria, promanent ac dependeant.  
Hartm. Pistor. d. q. 1. n. 1. Feudum autem ex utraq; specie, mix-  
tum

eum, quod vulgo ~~ταχυλως~~ vocant, in consortium hujus divisionis non admittimus. Kirchberg. c. 2. n. 3. Finkelschans d. l. th. 20:  
Sezer. d. D. 2. th. 15. quod suo loco declarabimus.

VI. Genus proximum utriusque feudi, qui investigantur vel in descriptionibus suis adhibuerint, non facilè inventis, quod nos feudum transitorium ad successores vel successorum feudum statuimus. vid. Kirchberg. d. dist. c. 3. Hoc in feudum propriè hæreditarium, & non hæreditarium, quod alii familiare, alii ex pacto & provid. in genere, faciunt, dispescitur. Propriè non hæreditarium ob diversam filii successionem iterum subdividetur in feudum impropiè hæreditarium & feudum ex pacto & provid. in specie, arg. c. nostri uni. & FF. ibi traditorum Rosenthal. d. c. 2. concl. 33. n. 21. & seq. & c. 7. concl. 21. Hart. Pistor. d. q. i. c. 2. pafim. God. Anton. d. th. fin. & tr. de actiōnib. coroll. 6. Hartwig. Dassel. lib. 1. conf. 46. n. 5. & seqq. Nobilis. Dom. à Löß. d. diff. de diffrib. feudi ex pacto &c. th. 3. & seqq. Kirchberg. d. tr. c. 3. An autem propria & recta vel improoria sive degenerantia (utur acutè & latè eam distributionem improbet & impetrat Phil. Hoffman. diff. Heidelb. de divisi. feudi. th. 1.) sint, non perinde expeditum videtur. Vulgo feudum ex pacto & provid. proprium vel rectum faciunt Thom. Marin. d. c. 1. Hart. Pistor. d. q. i. n. 15. & seq. Schöner. D. 1. feud. th. 16. Köppen. d. num. 37. Kirchberg. d. tr. c. c. 3. n. 46. Setzer. D. feud. 2. th. 16. A. Kohl. exerc. Legal. 1. Bocer. d. c. 5. n. 4. Gail. 2. obs. 154. nu. 191. & alii plerique Dd. comm. quod nos ad naturam feudi in h. c. n. un. respicentes (à quā hæc species, in filio, retinente feudum repudiātā hæreditate paternā, divortium facit) negamus Claris. Dn. M. C. Spizmacher u. Inst. feudal. lib. 2. tit. ult. §. 3. nisi generalem hanc appellationem ad omne feudum masculinum rectum & perfectum, cum plerisque accommodare, & aliud ex pacto generale, aliud in specie facere velis, vid. eleg. Hart. Pistor. d. q. i. n. 11. 12. 13. 14. & seqq. & q. 2. n. 23. Rosenthal. d. c. 2. concl. 34. Godofr. Anton. d. th. fin. D. 1. ex Ar. Pinel Th. Marin. tit. 4. de feudo omnino ex pacto & prov. &c. Cum enim adversarii omnes concedant, feudum hæreditarum esse impropium, attamen immemores Criterii logici oppositam speciem faciunt ex pacto & provid. rectum, quod sane absurdum viderit, ejusd. scilicet divisionis membra



membra sub contrariis generibus collocare. Malè verò Guer.  
Piso Soaccius pralud. feud. c. 46. in predicamento habitus repor-  
nit, quasi ἔδημος καὶ τερπολῆς successorum feudalium, ri-  
dente Joh. Consalvo d. feud. c. 2. n. 9. ut & alii vulgo ἀνυγόλο-  
γως pro nuda qualitate habent, cum ad rā τερπορι (si sc.  
affectionem hanc Juridicam, vel utrumque σύντονό it  
suo τερπορι δεκτοῦ ad nomen Aristotelicam exigere velim-  
us, ut ex Zabarella i. post. 5. & de methodo c. 14. pulcrè applicat  
in p. feudal. M. A. & Cl. Dn. Pr. & Pt. Joh. Suev.) meritò re-  
feratur. Sed ad rem!

Circa de-  
finitiones.

VII. Nævos aliorum in variis definitionibus horum  
feudalium accidentium, minimè analyticis, hīc arguere nunc  
temporis & instituti pretium vixerit, hasq; ut suos laudent au-  
tores, relinquimus à Φιλέρισοι. Præsuppositis autem  
jam relatis distinctionibus vel distributioni-  
bus definimus vel potius describimus feudū  
κατὰ τοξῷ ex pacto & providentia dictum, esse  
feudum improprium & successorum ex gra-  
tia, pacto & provisione concedentis Domini  
& primi acquirentis Vasalli, approbante con-  
suetudine feudali, jus sanguinis certum filiis  
successuris tribuens, ut nec vasallus pater vel  
alius in præjudicium illorum quicquā contra  
facere vel disponere possit, quo minus feudo  
devoluto potiri eoq; secundūm ejus naturam  
frui queant, ad successorum utilitatem & secu-  
ritatem constitutum. Feudum verò hīc κατὰ  
τοξῷ hereditariū vel distinctionis gratiā im-  
propriè (à non nullis) hereditariū dictum, est  
feudum degenerans successorum, in quo ex  
pacto

pacto contrahentium & investiturâ, assistente consuetudine feudali, non saltem vasallis parentibus liberior disponendi & faciendi facultas competit, sed & facta defuncti patris hæredes filios obligant, nec nisi cum hæreditate successoribus obvenit, ad parentum possessorum honorem, utilitatem & commoditatem constituta. Ανάλυσιν specialem per singula membra in his definitionibus, ut & utriusq; hujus affectio- nis feudalís thematicam resolutionem, pagellæ haec non capiunt, sed uberiorem desiderant εξηγησίαν, quam nunc sylloge nostra & institutu non patiuntur: αντιδινηγμένα autem halce differentias ex iis quilibet perspexerit, & ex alleg. διεργωσι proximè præced. ut & is quæ mox de differentiis, proprieta- bus & formulis cujusque speciei & affinitum afferemus, ne in formalibus plus quam necesse ac par est, philosophari ar- guamur.

VIII. Differentiæ horum feudorum vel sunt commu- Circa dif- nes, vel propriæ & specificæ & desumuntur illæ quidem ex ge- ferentias nere feudi, ex pacto & providentia generaliter accepto, quod & proprie- non hæreditarium cum quibusdam appellavimus, ut & feudi tates præ- propriæ hæreditarii, & simpliciter hæreditarium Feudista vo- cipus. cant, tametsi nō sint hujus loci, cognitionis tamen & σοφισίας evenia repetemus & separabimus vel applicabimus. I. Quod feudi ex pacto & providentia natura est à sola dispositione Juris vel providentia Legis feudalis. h.c.m.i.F.1.§.1. & 4.1.F.8.§.1. 2. F. 11. nosq; hū v. cum familiib. ubi FF. Contrà quam feendum no- strum καὶ εὐχέδιον ex pacto & providentia Rosenthal d.c.2. con- clus. 34. Hart. Pistor. d.q.2.n.23. & pafim. Hæreditarium autem ex pacto contrahentium & investitura depehdet. 2. F. 48. &c. in quo differt nostrum impropriæ hæreditarium, quod & in c. n. un. & in investitura radicatur. Rosenth. d. c. 2. concl. 33. eo respectu nuncupatum, quod filius sine hæritate patris in- B feu

feudo succedere nequeat. Gail. d. 2. ob. 154. n. 19. G. Ant. d. th. fin.  
II. In feudo ex pacto & prov. succeditur Jure sanguinis secun-  
dum dispositionem Jur. feudalis, (quod prius in nostro feudo  
pactio nato nō ēz̄ xlw, coincidit, posterior autem ex pactis  
vestiturarum & nova consuetudine est, ut s. d.) in feudo mere  
hāreditario ex dispositione juris communis non tantum ut  
hāres defuncti, sed & jure hāreditario Vult. i. F. 8. n. 26. Kni-  
chen. d. c. 2. pass. Gedd. disp. feud. 3. th. 11. lit. D. in feudo verō  
secundum quid vel aliquatenus hāreditario (quod mixtum  
vulgō dicunt) succedunt quidem heredes sanguinis non alii  
quaesunque heredes hāreditatis, sed ut heredes ac feendum  
accipiunt, ut hāreditatis aliquam portionem, adeoque cum  
qualitate hāreditaria, ex Knichen. Kohl. H. Pistor. & N. Everh.  
Jun. Godofr. Antonius d. th. fin. J. Sezer. d. D. 2. th. 15. Vult. i. feud.  
8. n. 30. & eleg. Nobilis. à Löß d. D. th. 24. Kirchberg. d. dis. c. 3. n. 77.  
& seqqq. Diff. Clar. in §. feud. q. 9. n. 4. Bocer. de qual. & differ. feud.  
c. 5. n. 4. Quod diversum est in nostro impropriū hāreditario,  
ubi extrinseca conditio jus sanguinis vel qualitas hāreditaria  
feendum ipsum non afficit, sed impedimento saltē est filio, ne  
aliter succedere possit, fac. eleg. à H. Pistor. d. q. 1. n. 49. relata,  
Vultej. i. F. 8. n. 30. Rosenthal. qui Pileanorum sententiam, quā  
vocat contra H. Pistoris Neapolitanis fāventem d. c. 2. concl. 33.  
ut & c. 7. concl. 20. & 21. magno apparatu propugnat, lacessitus  
iterum à S. U. Pistor. in not. ad d. princ. q. 2. vid. Kirchberg. d.  
c. 3. n. 77. & seqq. adde G. Anton. d. loc. III. In feudo genera-  
li ex pacto & providentiā succedunt tantum liberi & descen-  
dentes primi acquirentis indeq; agnati prodeentes, per vulg.  
quod & nostro, in specie sic dicto ex pacto & providentiā feu-  
do, convenit per c. n. un. Hāreditarium verō merum quo-  
cunque recipit heredes etiam extraneos, quod securi est in non  
hāreditario & impropriū hāreditario, quā saltē concessi-  
tos agnatos filiumq; hāredem admittunt, & proximē defun-  
ctum contingi requirunt. Hart. Pistor. d. q. 1. n. 40. & seqq. God.  
Anton. d. th. fin. IV. Feudum ex pacto & prov. successores  
capiunt jure suo proprio, quod beneficio primi concedentis,  
facto primi acquirentis & providentia vel ministerio legis  
vel consuetudinis feudalī nācti sunt. c. un. §. si Capitanei. I. F. 14.

¶ pr.



& pr. i. F. 8: ubi Gl. & Ff. id quod & ad nostram speciem p-  
etionati quadrat. Hart. Pistor. d. q. i. n. 10. Ast hæreditarium  
successores jure quodam mediato & quodammodo alieno, vi-  
del. per patrem vel defunctum capiunt. Nob. à Løf d. D. th. 18.  
quemadmodum legitima liberis ex providentia legis deberi  
dicitur in l. 7. D. de bon. diann. eleg. Gail. 2. obs. 19. n. 2. & 3. & filia-  
tionis. Etq; hoc suo modo ab improprio nostro feudo in filio  
successore patris non est absolum, si qualitatem externam re-  
spiciamus jus sanguinis & filiationis obscurantē vel premen-  
tem. M. de Affl. ad h. t. n. un. n. 6. & n. V. In feudo ex pacto & prov-  
vasallus commoda possessionis tantum ad dies vitæ quasi usu-  
fructuari⁹, capere, non autem successori ullo modo prejudica-  
re valet. i. F. 8. pr. 2. F. 3. §. 1. & 2. F. 29 H. Pistor. d. q. i. n. 30. Marin. Frecc-  
cia tr. feud. l. 3. differ. 6. Sed in absolutē hæreditario vasallus de-  
eo inter vivos, & per testamento disponere, & hæredem gra-  
vare potest. arg. 2. F. 48. Gail. d. 2. obs. 154. n. fin. Bocer. de qual.  
feud. c. 5. n. 35. & 48. Hart. Pistor. d. q. i. n. 57. & seqq. ubi multas  
species ponit. VI. Successores utriusque feudi ex pacto &  
providentia non ab ultimo defuncto sed potius ex contractu  
cum primo adquirente inito, illud obtinent. 2. F. 30. 2. F. 18. Hart.  
Pistor. d. q. i. n. 25. & seq. Rosenthal. d. concl. 33. ubi affatim alleg. Q.  
Diff. Mich. ab Aguirre in Apol. regn. Porruagall. p. i. n. 6. & Fridr.  
Bosius Controvers. Mantuan. art. 3. n. 45. & seqq. quorum senten-  
tia in feudo hæreditario dubio procul vera est h. c. n. un. Hart.  
Pistor. d. q. i. n. 72. & q. 2. n. 16. & q. 14. n. 12. Marin. Freccia l. 3. de dif-  
fer. i. n. 1. & differ. 10. ubilatē. VII. In feudo hæreditario, tam ex  
testamento, quam ab intestato succeditur: in pactionato vero  
jure proprio tantum, late deducit. Frecc. d. l. 3. differ. 20. quæ ta-  
men differentiæ potius ad effectus, ex quibus deponita sunt,  
ut aliae, quas idem aliisque adducunt, ad communes referendæ  
sunt. Propria una est potissima, quod nempe agnatus in feu-  
do recto sive ex pacto & provid. saltem generali omittere hæ-  
reditatem, filius autem tantummodo pactionatum ex provi-  
dentiā in specie repudiata paternā hæreditate retinere po-  
test; in illo vero quod respectu filii diximus, impropriè hæ-  
reditarium hæres patris esse cogitur, nisi feudo carere malit.  
h. c. n. un. ubigl. A. de Isern. Ill. Dn. Fridr. Schenck & Baro à

Circa in-  
tellectum  
c. un. an  
agnat. vel  
fil. 2. F. 45.

Taunenburg / Matth. de Afflict. Cujac. & FF. comm. Schradér.  
de feud. p. 7. c. 5. n. 74. & p. 8. c. 7. n. 12. Card Thusc. pract. qq. tom. 3.  
lit. F. n. 3. A. Kohl exerc. legal. a. n. 6. & seqq. Knichen. de pact. vest.  
p. 1. c. 2. n. 41. & seqq. Th. Marin. d. t. 4. de feud. omnino ex pact. & pro-  
vid. Rosenth. d. c. 7. q. 21. G. Anton. d. th. ult. lit. G. H. I. & K. Cra-  
yetta conf. 679. Seb. Nav. d. part. ult. System. ad h. e. n. un. n. 1. Coth-  
mann. d. conf. 2. n. 230. & seqq. Joh. Köppen. decis. 39. n. 19. quam  
sententiam supremam Imperii tribunal saepius judicando ap-  
probasse, testantur Myns. cent. 3. obs. 67. & cent. 4. obs. 2. cum  
Zasio alleg. à Gail. 2. obs. 154. un. 8. & seq. Rosenth. d. c. 2. concl. 23.  
( qui tamen limitat in casu, si consuetudine Hartm. Pistoris &  
Neapolitanorum sententia recepta sit,) Knichen. d. q. 2. n. 570.  
& seqq. Diff. post summum Feudistam, Hart. Pistor. d. q. 2. &  
ibidem in not. filium S. II. Pift. C. Kirchberg. d. c. 3. n. 89. & seqq. acri-  
ter Bocer. tr. de succff. feud. c. 3. q. 12. cum ibi alleg. ubi rationes  
differentia hujus colligit, & examinat latiusq; de intellectu h. e.  
n. un. edisserit ibid. c. ult. q. 1. & Dn. M. Berlich. part. 2. concl. pract.  
56. a. n. 2. ad usq; 14. ubi distinctionem status controversia sub-  
ministrare videtur, quod evidentius erit, si το αυτογελας, ut  
& diversas quasi species feudorum pactionatorum heredita-  
tiorumque explicemus, & rationibus illius accommodemus,  
de quibus in τυχητη. Jus autem Sax. olim quidem in Landr.  
**Circa diff.** lib. 11. art. 9. in fin. & l. 2. art. 6. & 21. satis aperte h. c. nofr. un. con-  
sonare videbatur, Henning. Göden. conf. 16. Hardw. Dassel.  
conf. 46. lib. 1. n. 3. S. Næv. ad d. c. un. n. 56. Interpr. tamen non  
nulli differentiam confiruebant, ut apud Zobel. p. 2. diff. 47.  
n. 4. & Reinhard. differ. 7. p. 3. (quod incolinat Match. Cöler. p. i. decis.  
79. qui tamen se declarat p. 2. decis. 282.) ubi M. A. & Clar. Dn.  
JCrus Præc. & Patronus Franc. Romanus Ordinarius Lipsi-  
ensis meritissimus, notat ex Hartm. Pistor. l. 2. qq. 2. num. 468. ad  
fin. Jus Saxon. à communii feudalii nihil distare, M. A. & Clar.  
Dn. Præfes, Pr. & Pr. observandis. D. 16. ad Inst. th. fin. lit. E.  
ib. fin. quod & deducit Dn. Berlich. d. concl. 56. n. 14. & seqq.  
Diff. videtur latè A. Knichen. d. c. 2. fol. 519. & seqq. De filiis ta-  
men in feudo paterno D. Augustus Elec. Saxon. constitutio,  
quod indistincte feendum repudiata hæreditate paternâ retine-  
re nequeant, qualemque etiam feendum sit, sive ex pacto  
& prov.



& prov., sive hæreditarium p. 2. c. 47. §. Wir lassen vns diese legte Meynung gefallen ic. ubi Möller. & Berlich. d loc. adde Consult. Saxon. tom. 2. pag. 1. q. 33. postea verò cum de casu, quo filius cum inventario hæreditatem paternam adiisset, ut & in agnato hærede facto revocatuō alienationem &c. dubitaretur, an dispossitio h.c. nr. un. ibi procederet nec ne, sapientissimus Princeps plenius Consultissimo Edicto Torgaviensi perpetuo ac cedro digno statuit: Es sollen jetzt gedachter Ursache haben die Mütterlehniten/da gleich in der Belehnung der Erben gedacht nicht schuldig seyn/ des j. nigen/ durch welches absterben die Lehnfolge an Ihn kommt/ Landenben zu seyn/ und also der Tit. An Agn. vel fil. nach den Worten desselben oñ unterscheldt/ Ob es feudum ex pacto oder hæreditarium sey/ verstanden werden/ ja wenn sie gleich aus gutem Willen Erben worden werden/ so soll ihnen doch solches an der revocation nicht hinderlich seyn ic Et postmodum: Da aber ein Vater bey seinem Leben das Lehnsgut nicht verkäuft/ sondern sonst viel Schuldener hinter sich verliess/ welche mit Bewilligung des Lehnherren auf das Lehn nicht verschrieben/ und doch auch am Erbe so viel nicht verhanden/ daß von denselben die Schuld bezahlt werden möchte/ Auff solchen fall soll denjenigen/ was im Tit. An Agnatus vel fil. verordnet/ ohn Unterscheidt/ ob bey der Belehnung der Erben gedacht oder nicht/ und also in feudo ex pacto so wol/ als in hæreditario stracks nachzangnen werden/ und derowegen nach dem klaren Buchstaben vnd Inhalt desselben die Söhne/ wenn sie das Lehn erlangen wollen/in alle wege auch ihres Vaters Landenben/ und der halben schuldig seyn ihres Vaters hinterlassene Schulden von den Früchten vnde Abnützungen des Lehnsgutes zu bezahlen/ wenn auch gleich der Vater sonst gar keine Erbgüter nach sich gelassen/ oder auch die Söhne ein Inventarium gemacht hettent ic. Denn ob wol die Rechtslehre in gemein dahin schließt/ als sollte in diesen Fällen der tit. An Agnat. vel fil. nicht statt haben/ dieweil aber dennoch die Wort des selben Titulus/ in dem sie klarlich von dem Fall reden/ da das Erbe zu bezahlung der Schulden nichtzureicht/ ein anders ausdrückt/ h mitbringen/ auch ist sehr gemeint/ daß diejenigen/ so Lehnsgüter v. d sonst kein Erbe haben/ Schulden hinter sich verlassen/ und derowegen an ihm selbst vrbillich/ auch die Ehrebedeutung/ welche die Kinder ihren Eltern zu leisten schuldig/ auengegen/ daß die Schuldiger dasjenige/ was sie aus Erenherrigkeit dem Verstorbenen

für gesetz / mit ihrem höchsten Nachtheil entzahlen / die Söhne aber  
des Eures / so sie von ihren Vätern ererbet / ohne entgegen zu ihrem  
Vortheil geniesen vnd dadurch verursachen sollen / daß ihr Vater in  
der Gruben geschmehet vnd geschender werden soll / da doch solches  
fürzukommen in dem ist. An Agnatus &c. wie die Sribenten selbst  
bekennen / diese Verordnung geschehen. Darumb so wollen vnd  
ordnen wir / daß man ditsfalls nach dem jentigen / was im beschriebenen  
Lehrechte vermeldet / vnd verordnet nach de deren Buchstaben dessel-  
ben ohn einigen Unterschied richten / vnd denselben in Breitlin vnd  
Erkennen nachgehen soll / & hactenus Churf Sächs. Torgauisch  
Ausschreiben de Anno 83. ist. Welcher gestalt die Agnaten / vnd mit-  
belehnnten ic. § Es sollen auch ic. & §. Da aber eti Vater ic. Quod  
etiam de Jure communi Sax. extra Provincias ad Electorales  
in illis locis / ubi servatur Jus Saxonum dicendum esse evincit  
Dn. Berlich. d. concl. 56. n. 23. & seqq. quicquid olim Harm.  
Pistor. L. Schrader. & alii ab ipso alleg. secus placuerit. &  
& ab Amplissimo Collegio Juridico in hac Illust. Salana se-  
cundum illud Edictum Torgense sivepius & extra territorium  
Electorale responsum fuisse / non ita pridem confirmavit nobis  
M.A. & Cl. JC. Dn. Praes., Ordinarius, Praeceptor, Promot-  
or & Hospes noster aeternum honoratissimus, quod & de  
Halensi Scabinatu à fide dignis accepimus. De aliis connexis  
Qq. J. sub formulis & effectibus videbimus.

Circa for-  
mulas ac  
notas ho-  
rum feu-  
dorum.

IX. Tralatitium est investituræ tenorem cynosuram  
& normam feudorum esse c. i. § fin. 2. F. 2. God. Anton. D. f. 4.  
th. 7. lit. F. Bocer. tr. de investit. feud. c. 5. & pacitiam formam.,  
propriam, novam & veram naturam illis conciliare, cuius  
adminiculò communijuri scripto & consuetudinario deroge-  
tur post Garzon. Bald. & Raudens. Knichen. d. p. 1. de pact. vestit.  
n. 19. & 20. & secundum verba investituræ magis, quam ex pro-  
pria feudorum natura de eorum qualitate judicari debere c. 1.  
de duob. fratribus. 2. F. 18. Kirchberg. d. c. 4. n. 19. & alleg. quo-  
circa cujusque generis feudorum nostrorum conditiones &  
formulas vel clausulas praecipuas in investituris eorum que in-  
strumentis perspiciemus. I. Feudi ex pacto & prov. genera-  
